



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Num igitur dico, quod Idolum aliquid sit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

I. EPISTOLA AD

Sicut usitatissimum fuit sancire foedera
mul edendo in sacrificijs.

Sed prudenter discernendi sunt tot fi-
nes, ac semper principalis retinendus est, ne
deprauetur usus Ceremoniæ.

*Num igitur dico, quod Idolum
aliquid sit?*

Refutatio est argutæ excusationis, qua
defendebant aliqui suam licentiam.
Cum Idolum nihil sit, licet rebus uti,
quales sunt natura, ut Rahel Idola patris aura
secum auexerat, ut uiaticum haberet, non
ut coleret.

Hanc callidam elusionem Paulus re-
futat: Etsi nihil est re ipsa Idolum, tamen
necessè est opinionem & cultum in Ethni-
cis apertè taxari. Nam horum furores,
qui Idola uel excogitant uel stabilium
sunt magna & tetra peccata, quibus ad-
uersari necessè est, quia dictum est: Non
habebis Deos alienos.

Illi autem, qui intersunt uel sacrificia
uel conuiujs sacrificantium Idolis, confir-
mant eorum opinionem, cum non ostendan-
t se abhorrere à talibus sacrificijs. Sicur
nunc

nunc si qui comitantur dominos in circumgestatione panis, uidentur illam adorationem non improbare, quæ certè purgat cum dicto, Non adorabis Deos alienos.

Multum differt exemplum Rahel à Corinthiorum conuiujs. Nam cum Rahel aufert statuas, hoc ipso ostendit, se nolle eas à patre coli, nec ipsa colit, sed aurum in uiaticum collatura est, sicut Irene filia Imperatoris Licinij Statuas aureas in Saccello patris destruxit. At familiaritas Corinthiorum cum sacrificantibus similis erat collusioni. Certissimum est autem uelle Deum uitari Idolorum cultus et confirmationem.

Non obscura est Pauli sententia, sed siet magis perspicua, cum transferemus eam ad exempla eorum, qui nostra ætate intersunt circumgestationi panis, aut Idolorum cultibus in invocatione mortuum aut missis funebris & similibus.

πάντα μοὶ ἔξεσι πάλαι οὐ τέλος.

Omnia mihi licent τέλος.

R Efutat aliam obiectionem ex doctrina de libertate Christiana sumptā: Libertas Christiana tollit discrimina ciborum.

H 5 rum.